

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Discere g

Utar namque testimonio Christiani doctoris Hugonis
in libro Didascalicon sic perorantis:

“Qui enim diligenter inspicere voluerit quid antiqui propter
amorem sapientie pertulerint, quam memoranda posteris
virtutis sue monumenta reliquerint, quamlibet suam
diligentiam inferiorem esse videbit. Alii calcabant honores,
alii proiecerunt divitias, alii acceptis iniuriis gaudebant,
alii penas spreverunt, alii, contubernia hominum deserentes,
ultimos recessus et secreta heremi penetrantes, soli se
philosophie dedicabant, ut

quantum mente et intelligentia a ceteris differrent, ipsa
locorum distantia demonstraret, ne una teneret habitatio
quos non eadem sociabat intentio. Cuidam philosopho
referebat quidam dicens: ‘Numquid non vides quia te derident
homines?’ Et ille: ‘Ipsi me,’ inquit, ‘et eos asini.’
Cogita, si potes, quanti extimaverit laudari ab hiis a quibus
nec vituperari timuit.”

Lucula noctis, 7 (E. Hunt ed., pp.56-7, ll.141-156).

Qui enim diligenter inspicere voluerit quid antiqui propter
amorem sapientie pertulerint, quam memoranda posteris
virtutis sue monumenta reliquerint, quamlibet suam
diligentiam inferiorem esse videbit. Alii calcabant honores,
alii proiecerunt divitias, alii acceptis iniuriis gaudebant,
alii penas spreverunt, alii contubernia hominum deserentes,
ultimos recessus et secreta heremi penetrantes, soli se
philosophie dedicabant, ut

quantum mente et intelligentia a ceteris differrent, ipsa
locorum distantia demonstrarent ne una teneret habitatio
quos non eadem sociabat intentio. Cuidam philosopho
referebat quidam dicens: Numquid non vides quia te derident
homines? Et ille: ipsi me, inquit, derident et eos asini.
Cogita si potes quanti estimaverit laudari ab hiis a quibus
nec vituperari timuit.

Hugo ibidem (libro III. didascalicon).

Manipulus florum, Discere g

qui enim diligenter inspicere voluerit quid antiqui propter
amorem sapientiae pertulerint, quam memoranda posteris
virtutis suae monumenta reliquerint, quamlibet suam
diligentiam inferiorem esse videbit. alii calcabant honores,
alii proiecerunt divitias, alii acceptis iniuriis gaudebant,
alii poenas spreverunt, alii contubernia hominum deserentes,
ultimos recessus et secreta eremi penetrantes, soli se
philosophiae dedicabant, ut

eo contemplationi vacarent liberius, quo nullis quae virtutis
iter impedire solent cupiditatibus animum subiecissent.

Parmenides philosophus quindecim annis in rupe Aegyptia
consedissee legitur. et Prometheus ob immodicam meditandi
curam in monte Caucasus vulturi expositus memoratur. quia
enim sciebant verum bonum non in aestimatione hominum
sed in pura conscientia esse absconditum, et eos iam non
homines esse, qui rebus perituris inhaerentes bonum suum
non agnoscerent, ideo,

quantam mente et intelligentia a ceteris differrent, ipsa
locorum distantia demonstrabant, ne una teneret habitatio
quos non eadem sociabat intentio. quidam philosopho
referebat dicens: Numquid non vides quia te derident
homines? et ille: Ipsi me, inquit, derident, et eos asini.
cogita si potes, quanti aestimaverit laudari ab his, a quibus
nec vituperari timuit.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3.14
(C.H. Buttmer ed., pp.64-5, ll.20-28, 1-12).